



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Nvncvpatoria Serenissimo Leopoldo Archidvci Avstriæ. &c. Domino Meo Ac
Patrono Clementissimo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

NVNCPATORIA

SERENISSIMO

LEOPOLDO
ARCHIDVCI
AVSTRIÆ.&c.

DOMINO MEO AC PATRONO
CLEMENTISSIMO.

AGERE FELICITER.

Omnia tempus habent: Ortaq; Occasum:

ET hæreses suum illud Æui quinti decimi HABVERUNT; quo turbas Ecclesiæ, Imperio-que dederunt, ac animarum strages, heu, nimium quantas! Hoc nostro, speramus, desæuent, & occident. Venit iam tempus Messis, quando MESSORES; hi, VERBI Diuini; isti, BRACHII sæcularis, Falce colligent zizania.

Collegi pleraque Controversiarum Omnia vnum in Fasciculum, compendio quanto minimo: Ut sit Vsuitum vniuersis, tum præsertim ad laboraturis ad animarum, in Seducto Palatinatu, alibique late, Reductionem. Hic finis: Medium, in cæteris illud.

Collegit nuper Manuale Controversiarum Quæstio-

(:) 3 num



D E D I C A T I O.

num R.P.Becanus; Sed carptim, ac saltuatim Aliquas: &
has S.^æ Cæs. Maiestati consecrauit; ac Principi Iuuentutis
etiam Compendium Manualis.

Collegi post ipsum ordine ut singulas, ita fere Vniuer-
sas controuersias Æui huius, ac Orbis: Delegi PATRONVM
iis EVM, quem vniuersum spectat æuum hoc, & orbis: vt ad
Summa natum, datumque Omnia, TE Germanum S.Cæs.
Maiestatis.

Si confutatarum Pars illa Controuersiarum Beca-
niana, dicata S.Cæs. Maiestati, accidit grata: hæc mea Vni-
uerfarum Epitome Coppensteiniana FRATRI IMPERATO-
RIS ROM. accidere nequibit ingrata. Hæc spes certa mihi:
potissimum, quando Clientes ambo in eandem Ill.^{mi} Bel-
larmini syluam cæduam iuimus lignatum; & in eandem
Serenissimam comportauimus DOMVM AVSTRIACAM, qua-
leculque Munusculum.

Quo mihi dubia minus diligendi esse PATRONI deli-
beratio debuit, & OPERIS DEDICATIO, ad EVM humiliter
deferenda; CVI CÆSAR, DEVS, & Orbis deferunt Omnia:
Quem seducto, & bis destructo Palatinatui

DEVS DEDIT DEVM:

Adeo in Sacra Serenitate V.^æ verum isthoc: *Homo ho-
mini Deus. Quare*

Sic TIBI de nostris annis DEV Sangeat annos;
Vt Ser.^æ V.^æ ORBIS OCULVS, in oculis est omnium, Dei Gra-
tiæ, suoq; Merito: Vtq; plurium Ordinis nostri Dominica-
ni Conuentuum esse PROTECTOR amat; & plurium erecto-
rum in Palatinatu RESTITUTOR erit: ita & mei FF. Prædica-
torum minimi, in CÆSAREA Metropoli Palatina HEIDEL-
berga Parochi, Operisq; huiusc mei, esse CLEMENTISSIMVS
PATRONVS vt dignetur

Sup-

Suppliciter ORO.

Omnibus ORO TVIS D^BV^S vt Conatibus adstet;
Omnes Conatus Summis Heroibus æquet:
Deniq; T^E DIVVM Diuorum Vendicet astris.
Damibi, da DEV^S esse Poëtam posse Prophetam!

Seren^{tis} V^e

Humillimus in Christo Seruus

F. Ioan. And. Coppenstein.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN